

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 14: De confessione (10)

Gregorius:

Hec sunt namque vere humilitatis testimonia,  
et iniquitatem suam quisque cognoscere,  
et cognita voce confessionis aperire.  
At contra humani generis vitium est usitatum,  
et labendo peccatum committere,  
et commissum negando abscondere,  
et convictum differendo multiplicare.

Haec sunt namque uerae humilitatis testimonia,  
et iniquitatem suam quemque cognoscere,  
et cognitam uoce confessionis aperire.  
At contra, usitatum humani generis uitium est,  
et labendo peccatum committere,  
et commissum negando abscondere,  
et conuictum defendendo multiplicare.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 22.15  
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1113, ll.2-7).